



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

App[re]hendite disciplina[m], ne q [...] irascatur d [...], & pereatis de uia
iusta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

OLIVIANUS ALMAYMUS. II. 33
tantū bonis digni uidetur, securi sunt, non queruntur cum Iob omnia opera sua:
idē in tempore tentationis non subsistunt, sed (sicut Matth. viiij. de domo stul-
ti uiri super harenam edificata dicitur) magna ruina colliduntur, & peiores
reduntur. Timor itaq; iste in tota uita, in omnibus operibus, est magna pars
crucis, immo sere tota crux.

Quin insuper cum Apostolo Rhom. v. Gloriandum est in tribulationibus
exultandum cum tremore. Ex quibus omnibus colligitur, duplēcē esse dei
seruitutem & exultationem.

Est enim

Seruitus in securitate, & exultatio in domino
critarū, qui securi sunt, sibi placent, nec inutiles serui sibi uidetur, merita mul-
tahabentes: de quibus psal. ix. Auferuntur iudicia tua, a facie eius. & (quod se-
quitur mox) illud psal. xiij. Non est timor dei ante oculos eorum. Hi iustitiam si-
ne iudicio faciunt in omni tempore, nec permittunt Christum esse iudicē tre-
mendum omnibus, in cuius conspectu non iustificatur omnis uiuens.

Seruitus in timore, & exultatio cum tremore, iustorum est, qui iustitiam fa-
ciunt, & iudicium omni tempore, utrumq; semper temperantes; nec unq; sine
iudicio, quo terrentur, ac desperant de se, suisq; operibus; nec sine iustitia, qua
confidunt & exultant in misericordia dei: Horum totius uitæ officium est, se-
ipso in omnibus accusare: Deum in omnibus iustificare & laudare, ac sic im-
plent illud Proverb. xxvij. Beatus homo qui semper est pauidus. Simil illud
pri. Thess. ultimo: Semper in domino gaudete. Ita inter molam inferiorē &
superiorem. Deut. xxiiij. Conteruntur & humiliantur, & exuta theca frumen-
ti, fiunt farina purissima Christi.

Emphasiū istam tuo relinquo studio, qua dicit: Seruite domino, non tibi,
non uentri, non auro, non deniq; iustitiae, potestati, sapientiae, nec ulli, pr-
fus rerum: Hac enim species sunt idolatriæ. Ita exultate ei, non uobis, non
ulli creature, sed soli domino.

Hoc autem sit, quando in omnibus tibi nihil arrogaris boni, de quo confi-
das ac glorieris, sed soli deo tribias omnia, & ipsum in omnibus laudaris, be-
nedixeris, amaueris: Tibi uero omne malū attribueris, in quo timeas, tremas,
diffidas. Sicut Iob pro utroq; tempore dixit: Dominus dedit, dominus abstu-
lit: Sit nomen domini benedictum.

Hac omnia q; sint difficultia uidebis, si utrumq; tempus obserues. In aduersi-
tate enim arduum est, non desicere, non querulari, non impatientem fieri, &
timore malorum, non facere aut omittere cōtra dei preceptū, ac sic timore dei
superare timorē creature, non cedere affectibus & obiectis, sed adhærere uer-
bo domini, usq; etiā ad mortē. Hic enim probatur, an dñō seruitur, an plus dei
uoluntas timeatur, q; creature cuiuscunq; uiolentia. Porro in prosperitate etiā
magis periclitatur tremor dei, q; in aduersitate timor dei. Hic enim exultatur
secure, & difficile est timere, nedū tremere, dū omnia cedunt ex sententia.

Idecirco, meo iudicio, tremorem cum exultatione, & timorem cum seruitute
aptissime coniunxit: q; seruitus laborem aduersitatis importet; exultatio autē
otium prosperitatis: atq; in hac adeo commendandus fuerit timor, ut etiā tre-
morem ibi necessarium assereret, q.d. plus timendum est, ubi timor nō est, &
quo felicius omnia habent, eo sollicitus timendum, atq; adeo tremendum, cū
exultare ac effusius latari contigerit.

Apphendite disciplinā, ne qn̄ irascatur dñs, & pereatis de uia iusta.

In heb.

Seruitus hypo-
critarum.

Exultatio ius-
torum.

Soli domino
seruendum.

In heb. Dominus & iusta non habentur, sed nihil officit. Fere ab oib[us] translatio reprobatur: Apprehendite disciplinā. Nā heb. נָשָׁבֵת Nascha dicitur, quod Hiero. in Psalterio heb. transitulit, Adorate pure; quia פְּרִזְבַּת purū & electum significat. Idem in Cōmentariolo sic dicit: In hebreo Nascha bar; quod interpretari potest, Adorate filiū. Bar enim & filium legitimū cat. Vnde Simon Bar Iohanna, filius Iohannis in Euangelio: Et Bar Proklus us, filius Ptolomei; Barnabas, filius prophetæ & similia. Burgen & Lyra sic: Osculamini filiū, nusq[ue] autem dicitur Bar disciplinam significare. Osculari autem interpretantur homagium prestare; ut sit sensus: Osculamini filiū, si est, cum reverentia & humilitate regem & dominum Christū suscipere. Tentemus utruncq[ue] omnia concordare. Osculū primo signum est reverentiae adorationis, quo modo sacra & diuina osculamur & honoramus; auctor humiliter p[ro]strati, pedes & uestigia osculamur, sicut Maria Magdalena Christū osculata est: iuxta hoc Hiero. transitulit, Adorate pure.

Secundo, est signū recognitionis & fidei prestādꝝ, ut in homagio, ab oib[us] lari solemus manū, agnoscentes h[oc] ipso dominū quē osculamur. Tertio signū est perfectissimæ amicitiæ & charitatis, quo solemus oculos a facie osculari, de quo Apostolus præcipit Ro. xvi. Salutate inuicē osculo sancti osculo Christus suos discipulos legitur reverentes excipere solitus. Verum quando hoc modo osculantes soleant mutuo se se apprehendere & amplificare nostra translatio habet: Apprehendite disciplinam.

Cum autem absolute dicat: Osculamini filium, nō pedes, nec manū, nec faciem commemorans: Iustum est ut pro tota latitudine osculi accipiamus, ut Christū, osculo pedum adoremus, sicut filium dei uerū d[omi]nū; osculo manus excepiamus, sicut legitimū dominū & sempiternū adiutorem ad faciem: osculo oculorum uel faciei, amplectamur sicut dulcissimum frumentum & sponsum animæ nostræ. De ijs tribus osculis uide Bernhardi p[re]dicti Canticorum; ut sit sensus: Osculamini filiū, hoc est, Christum deum colit summa reverentia: Christo domino subiecti estore summa humilitate: Christo sponso adhærete summa charitate: Ecce amor & timor, utriusq[ue] modū medium, humilitas: H[ec] perfectissima est latria.

Iam illud Bar, quod filium, purum, disciplinam, translatū est, sic concimus: q[uia] fides Christi, est uere disciplina nostra; ideo qui Christum credidit, filium osculatur, uere disciplinam apprehendit, portans crucifixum Christi in seipso (ut ad Galatas scribitur) Non enim Christus secundū carnē osculatur, aut apprehenditur, sed in spiritu, id est, d[omi]ni crux & passio eius, quibus disciplinamur (Heb. xiij.) amanter suscipitur; ideo nostra translatio ad uerbum nihil illud sensum ait propriissima. Porro, pure adorare, illud tangit quod in Re. xi. scribit[ur], de adoratiōe impura Baal, d[icitur]. Derelinquā mihi in Israel sepe mulier utrorū, quorū genua non sunt incurvata ante Baal, & omne os quod nō adorauerit eū, osculans manū, ubi (ut obiter dicitur) osculans manū, non est in textu sed idē uerbum Nascha, quod nunc osculari dicit[ur] est significare, ponitur, ubi dicitur, q[uia] non adoraueris eum: quod forte quispiam hebraista interpretatus gloriantur, osculans manū, ut modum adorationis exprimeret, ac deinde in textu relatum est ab imperito scriptore. At in hunc sensum tamen lob. xxci. loquitur, d[icitur]. Si osculatus sum manum meam, ore meo, quæ est iniq[uitas] maxima, & negatio contra deum altissimum: quo tropo scripturæ B. Greg. interpretatur significari hoīem in suis operibus fidentem, ac de iustitia nō accepta in Christo, sed ui-

Osculum.

Osculus filii.

Latria.

Uiquitas mea
ximæ.

sed uiribus propriis obtenta gloriante. Hic enim adorat & osculatur manū suā, ore suo: quia se laudat in se, sibi placet in se, non in domino laudatur anima eius. Ideo est iniqüitas maxima, & negotio altissimi, ut quæ id quod dei est sibi tribuat, seipsum in idolum Baal sibi statuens, seque adorans, se autorem faciens bonorum suorum: Nam **בָּאֵל** Baal autorem seu dominum significat. Sic Isa. 10. Opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt dígití corū. At hæc est adoratio impurissima: quare Christum osculari, Christum agnoscere saluatorum, & illius manum osculari, hoc uere & pure & purum adorare est, hoc ^{in timore sed} filii adorare ē. Si filius (inquit) uos liberauerit, uere liberū eritis. Concluenda ^{uere Christo,} mus itaq; Vult propheta, ut seruāt Christo in timore: se peccatores agnoscāt, & semper accūsent, solum deum iustificant in Christo: Sed cum ei possint occurrere, & pratendere se legem seruasse, iustos esse, non peccasse, nec Christo ad iustitiam opus sibi esse. Huic præsumptioni pessima occurrens dicit: Nolite existimare uos esse iustos, exinanite hanc opinionem Idolatriæ, ne uos deo sequetis, nolite fidere in iustitias uestris, immo filium osculamini, filium amplectimini, illius manus, illius iustitia, illius salus uos seruabit. Atq; hoc nisi feceris, irascetur iustitia uestra, & peribitis de tua, seu (ut ego somnio) peribitis cū via uestra. Nam hebraice fatus obscure dicitur **תְּהִלָּה אֶת־בְּנֵי־עַמּוֹ** uethobedu derech, id est, & peribitis uia, quod per eclipsim pro peribitis cū uia, dici mihi uidetur, iuxta psal. 1. Iter impiorum peribit. Veruntamen nullius sensui præjudico, ego non uideo, quomodo de uia iusta pereant: qui in uia iusta nondum sunt. Terrei autem periculo suo possunt, qui in uia sua tanquam iusta sibi placentes, Christum ueram uiam non agnoscunt.

Cū exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Hac pars ad uersum præcedentem pertinet in hebreo, qui totus sic ordinatur: Adorate filium ne forte irascatur, & sperate cum uia, quoniam exardeſcit breui ira eius. Beati omnes qui confidunt in eo.

Eſt ergo ſenſus: Maturate & festinate Christū adorare, ne pereatis in ira eius. Ac ne uoſiſos fallat ſe, quaſi adhuc longe ſit: Scitote, quoniam cito & in breui exardeſcit ira eius, ſubito dū non ſperatis ueniet: ſicut Matth. xxiiij. Si dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo, morā facit: dominus meus uenire, ueniet dominus ſeruus illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat. Sic Prouer. 1. Cū uenierit repentina calamitas. Et. 1. Thes. v. Ipsi diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita ueniet, Cū enim dixerint, pax & ſecuritas, tunc repenti- nus eis ſuperueniet interitus. Terribilis eſt ergo iſta cōminatio, quia ſi ſubito apprehenderit ira dei, non erit qui eripiat. In fine pulcherrimo psalmum concludit epiphonemate. Hac eſt, inquit, ſumma ſummarū: Beati oēs qui confidunt in eo, ideo enim paſſus eſt, ideo reuixit, ideo cōſtitutus eſt rex, ideo accepit oīa in hereditate, ut ſaluare poſſit omnes, qui confidunt in eo.

Hac autem confidentia iuſtificat ſola, ſine operibus legis: ut Apo. ad Ro. & Galat. docet. Verum diſſicillima eſt tot reſiſtentibus aduersitatibus, tot allientibus proſperitatibus: Beati ergo qui non fuerint ſcandalati in eo quod opus eſt diuīna gratia, nō aut humana uitritis. Sic enim ſp̄s benignus nō in eternū cōminatur, ſed territos rurſum conſolatur ſine fine: Si (inquit) timetis iram eius, nolite desperare, confidite: Beati oēs qui confidunt in eo: Ideo enim terret ira eius, ut ad fiduciā illius uos urgeat. Amen.

Psalmus